Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 14

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Q. 7. Quot annis praescribatur hac actio?
R. Debito non soluto nullo tempore praescribitur, quia antequam solutum sit debitum, non potest agere debitor, et contra non valentem agere non currit praescriptio l. 1. l. 2. C. de annal. praescript. Soluto vero debito longissimi temporis praescriptione res amittitur arg. l. 10 ch. et l. 3. C. de praes. 30 vel 40 ann.

Lib. 14.

Liber 14

De exercitoria actione

Quid sit ~~exercitoria~~ actione diximus in inst. l. 4. t. 7.

Absolutis quibusdam actionibus directis adversus ipsos, cum quibus contractum fuit, proditis, legum compilatores in hoc et ~~seq.~~ seq. libro subiiciunt aliquas actiones obliquas contra alium quam contrahentem competentes et harum primum locum obtinet actio exercitoria regulariter sub his aut similibus verbis definiri solita, quod sit actio personalis, obliqua praetoria competens ex contractu Magistri, contra exercitorem navis. R

Quis sit Magister, et quis exercitor ~~dixim~~ explicari solet in inst. l. 4. t. 7. plura hic dicere supersedemus, cum ut bene hic notat Bejer. istae actiones hodie usum non habeant, eo quod ex magistrorum contractibus directe teneamur.

Tit. 2.

Ad legem Rhodiam de jactu

Praemisso actionis exercitoriae genere, quae subveniebat contrahentibus cum magistro, nunc subsidium

suppeditatur illis etiã contra Magistrum exercitorem et alios, quorum merces per caterorum dejectionem salvata sunt; nam quod dejectione casis succurri debeat, haud dubiè aequissimũ est.

Nominis autem etymologia et legis hujus incunabula adscribuntur civitati Rhodiensi in insula hujus nominis sita, quæ ut fuit commercii frequentissima, ita etiam navali experientia apud plurimas gentes admirabilis, proinde ob varia jurgia nautica, varia quoq; sunt lata leges. Sed aliis hic omissis compilatores juriũ remedia ad jacturã per dejectionẽ mercium illatã casis refarciendam in medium profere voluerunt.

Lubet autem hujus legis, quandã facti speciem proponere. Fingamus, quod tres sint Mercatores, quorum quivis ad mille aureos in navi habuerit merces, orta subitò tempestate ad naufragium evitandũ merces unius Mercatoris in superiori parte collocata ejiciuntur omnes, quæ etiã perierunt, caterorum autẽ duorum mercatorum salvatæ sunt.

Jam Q. di ~~quæstio oritur~~, quomodo illi, cujus merces perière subveniendũ sit? R. Domino mercium ejectarum, si merces transportandas locaverit, actione locati adversus Magistrũ provisum esse; Magistrum autem contra cæteros mercatores habere vel retentionẽ mercium, donec earum ejectarum jactura sit refusa, vel actionẽ ex conducto, ut damnum proportionaliter communicetur, cum contingere posset quod retentione non semper et ubiq; cautũ foret per text. in l. 2. ff. l.

Q. 2. Quomodo contributio instituenda? R. Quod quivis mercatorum, et si etiam is, cujus merces ejectæ perierunt pro portione dam.

Lib. 14

num sustinere teneantur, proinde in nostro casu superius formato quilibet ex duobus mercatoribus debet dare alteri 33 aureos et unius aurei tertiam seu florenum Rhenanum. Caeterum ob hujus materiae et rationis paritatem.

Q. 3. An Vicini si unius aedis incendij arcendi causâ fiat diruta, et ob id aliorum vicinorum conservata ad contributionem pro refundenda aestimatione aedium dirutarum convocari queant?

R. Cum distinctione, vel enim ~~nemini~~ alicui culpa hujus incendij imputari potest, vel non? si non, vicini, quorum aedes per destructionem alterius sunt salvatae, ad contributionem convocari queunt, quia si alicui imputari potest, qui destructae domus ~~aedificationem~~ aestimationem refundere valet, tunc tali refusio tot damni incumbit, si verò refundere non potest, rursus ad vicinos recurrendum erit Prosp. Farin. in praxi crim. q. 110 n. 151 et 152. ac ~~pauciores~~ plures ibidem allegati.

Eodem modo à tota Civitate contributio est facienda mihi, si domus mea foret tempore belli vel obsidionis destructa ad commune bonum. Joan. Brunem ad l. 1. n. 6 ff. l.

Tit. 3.

De institoria actione

Frequens est apud Mercatores opulentiores, quod pluribus in locis, et nundinis suas fabricent tabernas, et cum nec unus ubique esse queat, hinc suos mittunt Mandatarios ad negotiandum, quos institores, factores, oder Laden Diener vocare solemus, et sicut lucra cadunt proponentibus, id est, mercatoribus ita etiam Praetor contrahentibus praesente actione institoriâ adversus ipsos introduxit.

q. Videantur Quid illa sit actio, ~~[illegible]~~ authores in just. l. 4. t. 7.

jura dicere circa eā n' vacat, eoquòd circa los institores, si pro certo et annuo salario serviant, idem fere juris sit, quod circa mandatarios, nisi quod morte proponentis officium institoris non finiatur. Vid. Bejer. l.

Tit. 4.

De actione Tributoria.

Quid sit actio Tributoria ~~dicuntur~~ dicitur in pert. l. 4. t. 4. Porro hunc titulum omitti posse tuetur Beckman. in prolog. Bejer verò reputat hanc actionem hodie proculdubio inutile esse

Tit 5.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicatur.

Continetur in hoc edicto prætorio hac vel simili facti species. Ponamus, quod filius familias cum aliquo contractū inierit, iā negari nequit, quin ex eo obligetur, naturaliter et civiliter simul l. 39 ff. de oblig. et act. proinde non tantum durante potestate paterna, sed ea soluta convenirī potest et solidū præstare teneretur, sed prætori ob oculos semper æquitatem haberī durū visum est, ut filius familias exentiatur usq; ad peculium et sacum, siquidem in eum ex contractibus in potestate paterna celebratis nullū comodū, sed in patrē redundāvit. hinc filio potestate paterna liberato beneficium competentiæ concessit ut nempe pro sua congrua sustentatione servare possit necessaria, et ultra compellī nequeat. Ratio hujus edicti est ne novi patresfamilias ob antiqua debita confestim opprimantur.

Lib. 14. Tit. 6.tus de

De Senatusconsulto Macedoniano

Hunc titulum prosequemur ~~[illegible] profectitiis~~ ~~tam jure l. 4. [illegible]~~ in jure Can. l. tit. 35. §. 9.

Lib. 15. Liber 15

Tit. 1

De peculio

De actione peculii scil: profectitiis ~~de quo iste titulus~~ filii familias: de quo iste titulus intelligi debet agi solet ~~[illegible]~~ in inst. l. 4. §. 4. Pro cujus tamen facilioni captu, ponimus hunc casum: Pater filio suo certam pecunia quantitatem concessit ut ea quasi suo cum patrimonio negotietur, et quod ei filius fecit, et à me equum 30 florenis emit, quem quidem tradidi sed pretium in hodiernum usq diem nondum accepi. Quaritur iam.1. an ego equi venditor aliqua sim munitus actione? R. cum dist. vel venditor vult convenire ipsum filium, cum quo contraxit, et tunc actione ex ~~vendi~~ vendito munitus est, et quidem in solidum per l. 44. ff. de pecul. eo quod filius ex omni ferme contractu, et delicto efficaciter teneatur ita ut vel de peculio castrensi aut quasi castrensi satisfaciat, vel si solvendo non sit bonis cedat vel cessione recusata carceribus maneipetur, Widm h. n. 14. vel vult convenire ipsum Patrem, et tunc si loquamur de